

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Baptismus c  
cum fonte primo

Spiritus sanctus eciam ante baptisma  
gentilium corda perfudit  
qui nunquam in Iudeorum mentibus  
nisi post aquam baptismatis uenit.

Gregorius in moralibus.

Quod cum Petrus fratribus rettulisset,  
quomodo uel Cornelius angelum,  
uel ipse de caelo submitti ad se linteum  
cum bestiis reptilibus ac uolatilibus uidisset;  
quomodo

Spiritus sanctus etiam ante baptisma  
gentilium corda perfuderit,  
qui numquam in Iudaeorum mentibus  
nisi post aquam baptismatis uenit,

protinus scriptum est:

*His auditis tacuerunt et glorificauerunt Deum,  
dicentes: Ergo et gentibus Deus paenitentiam  
ad uitam dedit.*

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 27.44  
(CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1387, ll.17-  
24).